

maculare conaris. Admonitioni isti cum locus non esset apud Agrestium, citationi sanè apud DEUM fuit, & ita fuit, ut antè triginta dierum circulum, priusquam vertentis anni meta compleretur, à servo suo, quem ipse redemerat, securi percussus, Agrestius interiret.

20 Exemplū
Crantz. lib.
4. Metro-
pol.

Huic Menuercum Paderbonensem Episcopum addo. Qui gravi contumelia à Corbejensi quodam Monacho affectus, ei, Redditurum altissimo facti rationem, prænunciavit. Risit Monachus, mortuus Antistes, & alacer ille antè nec matum ullum sentiens Monachus in ipsa hora mortis Episcopi expiravit. Nostrum quoq; seculum istiusmodi Citationis exemplum unum & alterum nobis suppeditat.

21 Exemplū
Goulard.
au' troisie-
me volum.
du threfor
des' histoir.
admirables.

Fuit etate nostra in Curia Parlamenti Parisiensis vir insignis, cognomine Gontier, qui causam agitabat fatis arduam. Omnes tamen Iurisperiti, intentionem ipsius intentionem optimè in jure fundatam esse expendentes, ipsum de victoria securum esse juebant. Adversarius verò ejus de Iure suo desperabundus rabulam quendam famosum conduxit. Hic patrocinium ejus suscipiens, tanto in agendo usus est artificio, ut tritum istud verificaret:

Tort bien mené rend bon droict inutile.
Gontier porrò Advocato isti obviam factus, nequitiam ipsi suam non perfunctoriè exprobrans, demùm ad-
junxit